

¶ lib. II, tit. 10, n. 16. Rolan. conf. 67, n. 69. in fine lib. 3. Cephal. conf. 88, n. 25. Palm. conf. 24, n. 2. Gob. consult. 9, n. 14. ¶ Rot. in recent. dec. 388, sub n. 1, part. 1. adeptus fuit omnimodam capacitatem ad quoscumque effectus in legitimatione comprehensos, eodem modo ac si processisset ex legitimis nuptiis, ut generaliter tradunt Bertazzol. conf. civil. 111, n. 39. Soccin. sen. conf. 63, sub n. 22, lib. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 23, nu. 8. Cap. discept. foren. 52, sub n. 20, & contr. foren. 6, sub n. 7. Andreol. contr. 150, n. 15. Cyriac. contr. 21, n. 19, & seq. & contr. 208, n. 1. & seq. & alii plenè relati à Gobb. consult. decis. 9, nu. 9, & pluribus seqq. & in specie ad effectum succedendi ad fideicommissa punctualiter firmatum habetur per Rotam post Gobium dicta consult. 9, post n. 62, & seq. & in recent. decis. 85, per totam part. 15.

Hanc relevante, quod impositio Censis legitimationem praecellerit, quasi haec retrotrahi non valueret in præjudicium Creditorum, quod semper presumitur præservatum, concurrente præcipua clausula, *Sine præjudicio juris alicui quæstii*. Quoniam cum tempore obtentæ legitimationis Octavius non esset adeò debitis involutus, ut imminentis dici posset periculum decoctionis, nullaque insuper suspicio urgeat, quod illam procurasset ad effectum eludendi, supplantandique Creditores, ut latè in facto probatum fuit, præcipue ex ea circumstantia, quod etiam post legitimationem plures iniit contritus, semperque à Contrahentibus, & signanter à predicta Flaminia recognitos, & acceptus fuit pro persona legali, & facultatibus idonea; Legitimationis hinc tamquam procedens ex sola Patris affectione, & bona fide obtenta ad omnes effectus protrahitur, Alberic. in l. Patrem n. 1, & 2, ff. quæ in fraud. Credit. Molin. de rit. nupt. lib. 3, quæst. 49, n. 28. Gratian. discept. foren. cap. 270, n. 34. Tondut. quæst. Civil. cap. 100, n. 24, tom. I. Rot. post Gob. consult. 9, n. 70, & seq. & decis. 85, n. 12, & seq. part. 15, recent. etiam in concursu dictæ clausulæ, *Sine præjudicio juris tertio quæstii*, quæ verè adjecta censemur 31 ad præservanda jura successionis, ut declarat Rota post Salgad. in Labyr. Creditor. decis. 25, n. 6, & Post Gob. consult. decis. 9, num. 69.

Et ita utraque, &c.

REVEREND. P. D. GENTILOTT  
FARFEN. BONORUM.  
Veneris 13. Aprilis 1725.  
ARGUMENTUM.

Filiatio ad effectum succedendi in fideicommisso quomodo probetur etiam si agatur de Muliere in famulatu retenta, Arcta custodia ventris quomodo intelligenda.

#### S U M M A R I U M .

- 1 Res judicata oritur ex duabus sententiis juxta statum Urbis.
- 2 Item ex duabus sententiis à quibus appellatio non est interposta ex dispositione juris.
- 3 Filiatio probatur ex pluribus argumentis concudentibus.
- 4 Amplia etiam contra tertios.
- 5 Filius ab eo genitus censemur qui Mulierem domi habuit in potestate, & custodivit. & n. 16.
- 6 Accessum aliorum ad Mulierem sufficit reddi in-

verisimilem, & moraliter impossibilem.

7 Partus Uxorius presumitur editus statu Mariti.

8 Partus itidem Concubinæ statu Concubinarii.

9 Filiationis præsumptio non procedit ubi agitur de Muliere in famulatu retenta.

Contra num. 10.

Concubinatus verificatur cum Muliere in famulatu retenta ibidem.

11 Distingue inter viles ancillas, & illas retentas cum qualitatibus, de quibus in casu.

12 Testis de auditu authorem non indicat non probat.

13 Sententia deducatur ad solam probationem, attenditur sine actis.

14 Testi non creditur de gestis in loco à quo aberat.

15 Testes sine exceptione vincunt eos qui illas patiuntur.

16 Testium fidem contradictrio in accidentalibus non minuit.

18 Filiationis argumentum præstat traductio Mulieris in domum Sororis Amasi absentis.

19 Item impositio nominis aviti in baptismate.

20 Item Alimentorum subministratio Mulieri & infantis.

21 Rursus matrimonium postea inter Amasios contractum.

22 Et quod Pater puerum instituit hæredem ut filium in exclusionem vocatorum ad fideicommissum.

23 Tractatus consanguineorum.

24 Similitudo vultus.

25 Publica vox est fama.

26 Filiatio ad omnes juris effectus probatur ex pluribus simul junctis.

#### D E C I S I O I X .

Postquam vetus controversia super natalibus Octavianii Camilli ex Tyberio Soldato, & Anna Tosona interventu cuiusdam transactionis, de qua in altero contemporaneo dubio, quinquaginta annos, eoque amplius filiisset: Per Septimum, & alios de Soldatis ejusdem Octavianii filios instaurata fuit coram bon. mem. Lancetta, coram quo recedendo à decisio die 9, Decembbris 1644, & 23. Januarii 1647. coram clar. mem. Cardinali Corrado censuit Rota, præmissis duabus Decisionibus editis 24. Aprilis, & 20. Novembbris 1716. constare de filiatione ejusdem Octavianii Camilli, & jam ad effectum successionis in Bona fideicommissaria, aliaque jura Familia Soldatæ; à quo judicata commissa appellationis causa in gradu restitutionis in integrum R. P. D. meo Corio prodit die 15. Aprilis 1720. alia Decisio, & postmodum conformis sententia, in qua etiam nonnulli Colligantium acquieverunt.

At delegata mihi rursum causa cum clausula: *sine præjudicio rei judicatae*: postulato Joannis Baptista, & aliorum de Nobilibus, litisque Consortium, dubio commissioni consentaneo à me hodie proposito Domini mei responderunt: *Constare de re judicata*: quippe quæ surgere visa fuit è duplice capite, tunc scilicet justitia, & validitas non controversæ præcedentium sententiarum, quæ ex Statut. Urb. cap. 180, lib. 1. vim habent trium conformium Rota decis. 270, n. 1, & 2. parte 15. recent. quam etiam non interpositæ adversus postremam appellationis Auth. hodiè Cod. de appellat. Rota coram 2 Gregor. dec. 492, n. 2. coram Merlin. dec. 745, n. 1. Enim verò præcedentium sententiarum justitia enitet ex antegressis tribus Causæ Decisionibus, in quibus Octavianum Camillum esse filium Tyberii Soldati ex Anna Tosona firmatur ex duplice perfecto probationis genere, nempe ab arcta ventris custodia

stria ipso tempore conceptionis, atque ex multis, iisque gravibus argumentis à nominatione, agnitione, tractatu, ac fama in vicinia perulgata ductis, quæ ad eum, de quo agitur, finem, filiationem concludere, probant Butr. in cap. Transmissæ qui fil. fint legitim. post num. 11. Gonzal. in cap. Per tuas de probat. num. 14. Rota coram Octobon. decis. 251. num. 17. & seq. coram Merlin. decis. 488. nu. 2. & in rec. decis. 238. nu. 2. part. 1. decis. 125. num. 2. & num. 28. & seq. & decis. 246. num. 1. 16. & 17. part. 15. etiam contra tertios Possidentes iure proprio, & independenter ad asserto Patre, Rota decis. 68. num. 2. & seq. par. 9. dec. 217. n. 2. & dec. 246. n. 1. & 2. par. 15.

Nulla autem dubitatio fuit, quin Anna Domini Tiberii arcta custodita fuerit tempore conceptionis Octaviani Camilli; Id enim planum faciunt plures Testes miro consenserunt deponentes modo dictam Mulierem, ceteroquin non ambiguae putantur, ac famæ, statim ac ad Domum Tiberii perducta fuit semper fusse in ipsius oculis, & vigilii cura Tulliae Matris Tiberii, à quibus assidue, & diligenter obserbatur, ut testatur Franciscus Perellus, utriusque Partis Collitiganis consanguineus juxta 11. & 12. interrogatorum nulli accusatum patuisse ad Domum Amasi, in cuius potestate, & arbitrio retinebatur, neque ipsum ad alienas Domos divertere, nunquam solam exire, aut vagari permisisse, ut deponit Marius Palatius juxta 10. & 26. & super 3. & 12. articulo, cum quibus omnino consentiunt Constantinus de Constantini, & Joannes Martorellus juxta 6. Ex quibus conficitur Annam adeò accurate fuisse custoditam, ut Octavianus Camillus dici debeat filius Tiberii, 5 utpote natus ex ea Puella, quam is Domini retinebat, & sollicitè custodiebat in Carpentoraten, Filiationis 14. Januarii 1704. §. Sed agitur coram bo. mem. Molines, & in Romana Filiationis super bono jure 21. Januarii 1704. §. finali coram clar. mem. Card. Priolo, & in Romana Filiationis 24. Januarii 1724. §. Et sanè coram Eminentissimo D. Cardinale Falconerio.

Eiusmodi Testium depositio everti non poterat ex eo, quod admittant eamdem Annam sèpè diversa servititia domestica extra Domum Tiberii obvise, qua data occasione potuerit sese cum aliis commiscere. Præter enim quam quod talia servitia, ut ex ipsis Testibus colligitur, fuerunt præfata, vel in oculis Tulliae, & Tiberii, vel aliorum Assectantium eam foras: Tum etiam arcta custodia, præsertim in Muliere Domi retenta non adeò rigidè est accipienda, ut Mulier semper clausa Domi maneat, quasi perpetuè carceri mancipata, adeò ut excludatur etiam physica possibilitas accessus aliorum, sed sufficit ita fuisse custoditam, ut expensis omnibus circumstantiis commercium cum aliis reddatur prorsus inversibile & moraliter impossibile: Alias actum esset de communi opinione, quod filatio respectu Patris argumentis, & presumptionibus, evincatur. Nam excluso possibili aliorum accessu ad Mulierem, non jam ex conjecturis, & presumptionibus, sed directè, & necessariò ex solius accidentis, & retinentis complexu illam concepisse probaretur, ut ferè per eadem verba Rot. decis. 217. nu. 9. & 10. & melius decis. 246. n. 15. part. 15. recent. at coram Emer. jun. decis. 533. n. 10. & in dicta Causæ Decisione coram R. P. D. meo Corio §. Elidi.

Præterea advertebant Domini, talis custodia probationem, in casu haud quamquam requiri. Cum enim ex concordi plurium Testium ritè examinatorum depositione constet, Annam adhuc virginem anno 1638. deductam fuisse in Domum Ti-

berii ab eo vitiatam, in Uxorius loco Domo retentam, ac non intermisso concubitu tandem utrum gerere cœpisse, sanè in his circumstantiis succedit validissima juris præsumptio, quod Octavianus Camillus conceptus anno 1639. & natus anno 1640. dici debeat genitus ex compressu ejusdem Tiberii, quemadmodum enim partus Uxorius præsumitur satu Mariti editus, ad Textum in l. Miles §. Defuncto ff. ad l. Julian de adult. ita etiam partus Concubinæ satu Concubinarii, juxta Gloss. 8 in cap. Michael, verb. consisterit de fil. Presbyter. Andr. Gail. præt. observ. lib. 2. observ. 97. n. 11. Rot. decis. 217. n. 4. parte 15. decis. 367. n. 29. & seqq. parte 16. rec. coram Ubald. dec. 155. n. 2. coram Emer. jun. dec. 533. n. 10. ad ornatum Card. de Luc. lib. 10. & in prima decisione coram bo. mem. Lancetta §. Moti sunt, & coram R. P. D. meo Corio §. Porro.

Neque huic legali præsumptioni obicem fecit,

Annam non fuisse Domi per Tiberium retentam

in schemate concubinatus, sed in famulatu Tul-

liae Matris, in quibus terminis contra Dominum Retinentem non militet præsumptio, quod eidem adscribi debeat filius ab hujusmodi Muliere suscep-

tus, juxta Gratian. c. 562. n. 14. Rota coram Eich.

dec. 101. n. 8. in rec. dec. 248. n. 13. part. 12. & decis.

123. n. 20. & seqq. post Constant. ad Stat. Urbis.

Quia vel etiam in filio suscepto à Muliere reten-

ta in famulatu, cuius usuram corporis Dominus capiat, locum habet allegata præsumptio; Nam

& cum illa verificatur concubinatus juxta Can. An-

cillam 32. quæst. 2. Anch. conf. 225. n. 6. vers. Su-

per alio dubio, Capr. conf. 2. n. 4. Mascard. de pro-

bat. conclus. 788. n. 8. Paleot. de notis. & pur. cap.

26. n. 3. & in punclo reprobatis contrariis authori-

tabus, Rota coram Emer. jun. decis. 533. n. 10. &

decis. 23. n. 2. ad Card. de Luc. lib. 10. vel contra-

rium procedit, ubi agitur de focaris, & alii Mulie-

ribus in ministerio inferiori familie addicis, & ple-

na libertate fruentibus Domi, in qua plures Servi,

& Ancillæ aluntur; Secùs vero, & in hypothesi, in

qua, ut ex Testibus probatur, Anna fuit à Tiberio priuato Civis Domi retenta, absque alio hominum famulatu, ut notabili distinctione eidem mensa ad-

hibita cum Tullia Maire, nullo certo salario con-

stituto, Come cosa sua, Come Moglie sua propria, ut

bene distinguendo probat Caftald. conf. 100. n. 8. Rot.

coram Seraphin. dec. 159. n. 1. & solidè advertit dict. Decif. coram R. P. D. meo Corio §. Haud refragante.

Ierunt autem existimantur Domini, segregandos

esse Testes antiquitatis examinatos contra honestatem

Annae, quos constanter in præteritis propositionibus

semper rejecerunt tanquam mendaces, & falsitatis

manifestos; Primus enim Testis Tiburtius Clarellus

homo vilis, qui se fatetur exercere, l'arte del Te-

stimonio, deponit de sole auditu, neque refert à qui-

bus audiverit, ideoque nihil probat, Rota coram Frio-

lio decis. 132. n. 7. coram Dunoz. jun. decis. 206. n. 6. coram

Cerro, decis. 869. n. 4. Alter vero Fatus Clarellus, qui

deponit omni pejori modo ob hanc ipsam causam

falsæ depositionis contraria Annam, fuit ad opus con-

demnatus, & re ipsa transmissus, prout ex sententia

criminali, quæ deducatur ad effectum probationis, non

exequutionis, etiam sine actis attenditur, ut in simili

li Rot. decis. 167. n. 14. par. 18. rec. & in Romana Fi-

liationis super bono jure 8. Aprilis 1707. §. Et quidem

coram Emer. jun. decis. 533. n. 10. & in dicta Causæ

Decisione coram R. P. D. meo Corio §. Elidi.

12

Præterea advertebant Domini, talis custodia

probationem, in casu haud quamquam requiri. Cum

enim ex concordi plurium Testium ritè examina-

torum depositione constet, Annam adhuc virgi-

nem anno 1638. deductam fuisse in Domum Ti-

berii non exierat, ideoque testari non potuit de

his, quæ siebant in Castro novo Rota decis. 332. n.

7. post 2. vol. conf. Farinac. Quartus demum Bernar-

dinus, ultra alias plures exceptiones, quas patitur

in persona,

14

in persona, & dictis, fuit in judicio criminali ob  
hanc eamdem causam mendacii insimulatus, & de  
falso convincitur à contratis Testibus omnibus ex-  
ceptione majoribus, quibus magis esse deferen-  
tum docet Rota coram Ubald. dec. 155, nu. 8. cor-  
am Gregor. decis. 322, num. 6, Bich. decis. 378.  
num. 4, decis. 309, num. 12. part. 10, & decis. 520,  
num. 15, part. 19. rec. tom. 2, & in prima Causæ De-  
cisione coram bo. mem. Lancetta §. Precipuum.

Remotis verò his Testibus succedebat alterum  
probationis genus desumptum à peculiaribus cir-  
cumstantiis, & præ ceteris occurrerant binæ illæ  
in præcedentibus instantiis ponderatæ, & admissæ,  
quæ partum Anna præcesserunt, quarum una erat,  
quod eadem Anna traducta fuit in Domum Ti-  
berii adhuc virgo, atque ab eodem compressa, ut  
deponit tertius Testis, litt. O. P. T. cum quo  
concordant quartus, & quintus litt. KKKK. &  
TTT. & sextus Testis litt. OOOO. qui Testes cum  
etiam concludant continuatam confitudinem,  
oritur proindè validissima præsumptio, quod Oc-  
tavianus Camillus genitus fuerit ex concubitu Ti-  
berii cum eadem Anna, sub sua potestate, & ar-  
bitrio domi retenta, Rot. decis. 76, num. 2, & 3,  
part. 3, recent. decis. 279, num. 5, & decis. 332,  
num. 4, post 2. volum. conf. Farin. & coram clar.  
mem. Cardinali Caprara decis. 140, num. 7. part. 1,  
& firmat prima Causæ Decisio coram bon. mem.  
Lancetta §. Moti sunt, & in altera coram R. P. D.  
meo Corio §. Porro.

Quamquam autem aliqui ex dictis Testibus vi-  
deantur discordare circa tempus sequuntæ immi-  
nationis, & alias leves circumstantias; attamen  
cum vis conjecturæ non versetur circa tempus,  
& alia accidentalia, sed in substantiali, & prin-  
cipali facto, in quo omnes convenient, devi-  
ginationis scilicet, continuata habitacionis, ac  
commerciali; Ideò si quæ subest accidentalis dif-  
cordia, & contradicatio, illorum fidem non immi-  
nuit, Rota dec. 614, num. 6, coram Buratt. decis.  
331, nu. 12, & 13, part. 6, decis. 488, num. 6, &  
decis. 554, num. 18, parte 18, rec. & in dicta Roma-  
na filiationis super bono jure 13. Aprilis 1707, §.  
Non obstantibus coram bo. mem. Omaña.

Altera desumebatur ab anxia cura per Tibe-  
rium adhibita, ut Anna partu proxima, conser-  
vandæ illius honestatis, & publici scandali evitan-  
di causâ, ad oppidum Poli in Domum Catharinæ  
Soldatæ fororis traduceretur, neque enim credibile  
est, quod Tiberius hanc provinciam in se sumpsisset,  
aut Catharina operam suam impendisset, nisi revera  
ex illegitimo fratri complexus Anna prægnans fu-  
set, Gozzadin. conf. 13. n. 45, Decian. resp. 1. n.  
114. volum. 3. Paris. conf. 10, nu. 60, vol. 2. Rota  
divers. decis. 178, num. 4, part. 1. & alii allegati  
in Romana filiationis 24. Januarii 1724. §. Rursus  
coram Eminentissimo D. Card. Falconerio.

Statim autem sequito paru eadem Catharina  
solicita fuit, ut recens natus Sacro Fonte lavaretur,  
utque fratri delictum obtegeret curavit in libro  
Baptismatum describi tanquam spurium, imposito  
nomine Octaviani Camilli avito in Familia Sol-  
data; prout de utroque testatur Parochus ipse qui  
infantem baptizavit, ejusque famula, quæ sanè  
filiationis probationem valde coadjuvant Decian.  
conf. 1, nu. 79, vol. 3. Giovagnon. conf. 21, nu. 2,  
lib. 1. Rota coram Ubald. decis. 155, num. 3, coram  
Merlin. decis. 658, nu. 7. & in dicta Romana Filia-  
tionis 24. Januarii 1724. §. Sequuta coram Eminentissimo  
D. Card. Falconerio.

Accedunt plures, & magis urgentes circumstan-  
tia subsequentes partum, postquam eadem An-

na uua cum infante reversa est ad Domum Tiberii,  
qui puerum ut filium suscepit, & amavit, alimenta  
tum ipsi, tum Matri præbuit, de illius educa-  
tione sollicitus fuit; Hæc enim cum paternæ erga  
filios pietati præcipue convenient, idè maxi-  
mè argunt ipsum esse Patrem, qui talia præstat,  
Felin. in cap. per tuas de probat. Rota decis. 658, 20  
num. 8. coram Merlin. coram Cerro decis. 294, num.  
4, decis. 68, num. 7. part. 9. decis. 310, nu. 4. parte  
11, & decis. 212, num. 8, parte 19, recent. & in  
prima Causæ Decisione coram bo. mem. Lancetta §. Precipuum.

Continuato deinde cum Anna commercio, &  
confaudidine, cum illa tandem legitimum matri-  
monium contraxit, quod tribuendum esse amori  
erga filium, advertit Rota decis. 309, nu. 6, parte  
10. Indè Octavianum Camillum tanquam filium  
legitimatum per subsequens matrimonium mori  
proximus anno 1643. hæredem ex Ase instituit  
posthabita penitus Catharina sorore; Hanc au-  
tem Tiberii declarationem in actu adeò serio, &  
congruente emissam maximi esse faciendam visum  
fuit, cum præsumi non possit, quod idem Tiberius  
in extremo vitæ spiritu in fraudem sororis,  
ad quam veluti unicam de familia superstitem Bo-  
na fideicommissaria, & alia iura familie redi-  
bant, Octavianum Camillum sibi falso pro filio af-  
ferere voluerit, ad tradita per Decian. conf. 1, nu.  
22 109, vol. 3. Gozzadin. conf. 13, num. 7, & 42. De  
Luc. ad Gratian. cap. 562, num. 12. Rot. d. cis. 641,  
num. 5, & decis. 777, num. 4, parte 3, & dec. 314,  
num. 3, parte 6, recent. & in dicta prima Decisione  
24. Aprilis 1716. §. Præ ceteris.

In cumulum addi possunt tractatus erga Octa-  
vianum habiti; etenim tamquam filius Tiberii  
à Tullia ejus Matre, necnon à Catharina ejusdem  
Tiberii sorore, ac ab aliis consanguineis agnitus  
fuit. Id quod non mediocriter conduci ad filiationis  
probationem confirmandam Rota in Medio-  
lanen. Capellania 23. Martii 1703. §. Minusque  
coram bo. mem. Ansaldo, & in dicta Romana Filia-  
tionis §. Adspicuntibus coram Eminentissimo Cardinali  
Falconerio; Expressio, & similitudo vultus, & ha-  
bitudo corporis, quibus Octavianus simillimus  
erat Tiberio, quæ auget filiationis argumentum  
Rota coram Royas decis. 159, num. 6. coram Cerro 24  
decis. 294, num. 5. coram Emerix jun. decis. 533,  
num. 5. Demum publica vox, & fama, apud In-  
colas Castri Novi, quam etiam admittunt ipsi  
contrarii Testes reprobati, quæ fama, & com-  
munis opinio, sicuti in aliis probationibus, ita  
pro justificanda filiatione plurimum solet operari,  
Menoch. de arbitrar. lib. 2, contr. 1, cas. 89, num. 25  
88, & seqq. Rota decis. 199, num. 2. in fine parte  
3, decis. 314, num. 9. parte 6, decis. 68, num. 6. &  
7. part. 9, decis. 310, num. 6, parte 11. recent. &  
decis. 72, num. 11, coram clar. mem. Card. Caprara.  
Ex quibus omnibus certis actibus simul junctis,  
fine ullo dubio oritur certa probatio filiationis  
ad omnes juris effectus, etiam successionis suffi-  
cientis, Adden. ad Ludovis. decis. 349, nu. 8. Rota 26  
coram Merlin. decis. 488, num. 2, coram Royas dec.  
159, num. 2, & 3. Ottobon. decis. 251, num. 17,  
& seqq. & in recent. decis. 246, num. 16, & seqq.  
parte 15.

Et ita remissivè in reliquis ad præcedentes De-  
cisiones utraque Parte disceptante &c.

## R. P. D. LANCETTA DECANO

LEOPOLIEN. MATRIMONII SUPER ALIMENTIS,  
ET SUMPTIBUS LITIS.

Ven. 6. Martii 1722.

## ARGUMENTUM.

Alimenta & sumptus Litis debentur Uxori  
litiganti cum Viro super validitate matri-  
monii, præsertim si ea favorabilem ob-  
tinuerit sententiam. Reditus in causam  
alimentorum Uxori à Viro assignati in-  
exigibles efficiunt ab eo sunt supplendi.  
Quantitas alimentorum & sumptuum unde metienda.

## SUMMARIUM.

- 1 Alimenta & sumptus litis præsentare tenetur vir uxori litiganti super validitate matrimoni.
- 2 Præcipue si uxori opitulatur bonum jus ex sententia deductum.
- 3 Vir qui alimenta uxori assignavit illa amplius negare non potest.
- 4 Vir teneat exigibles uxori præstare reditus pro alimentis assignatos, et si id non promiserit.
- 5 Uxor redditus hujusmodi acceptans censemur acceptare demonstrative, non taxative.
- 6 Alimentorum quantitas inter virum & uxorem stabilita præsumitur congrua qualitatæ personarum.
- 7 Sumptus litis metiendo sunt aequalitate cause & personarum.

## DECISIO X.

Quemadmodum expositum fuit in contempo-  
ranea decisione, postquam Sacra Congregatio  
Concilii approbando sententiam in partibus latam  
à Reverendissimo Leopolien rescriperat pro vali-  
ditate Matrimonii in Civitate Gedani contracti in-  
ter Serenissimum Principem Constantinum, ac D.  
Comitissam Mariam Josepham de Wessell, & post-  
quam eadem D. Comitissa obtinuerat successivè co-  
ram A. C. sententiam super executione dicti de-  
creti, & una simul pro subministracione alimentorum  
in annuis Tallaris 8. mil. Imperialibus ex be-  
nigna interpositione Regii Principis Jacobi Sponsi  
Fratri, devenutum fuit inter Partes ad quandam  
provisionalem concordiam, in qua inter cetera as-  
signatae fuerunt D. Comitissæ in causam alimentorum  
jam ab A. C. in majori summa taxatorum an-  
nuis lib. 16. mil. monetæ Franciæ super Fiscalibus  
illius Regni.

Verum quia tempore procedente Fiscalia assignata,  
ad eum statum reducta fuerunt, ut jam nullus  
sermè fructus exigi posset; Hinc D. Comitissa, una  
cum altero Dubio respiciente validitatem contro-  
versi Matrimonii, curavit disputari etiam alterum,  
An sint subministranda alimenta, & sumptus litis,  
& in qua summa, cui DD. affirmativa in omnibus  
responderunt pro summa instru exprimenda.

Quod enim in genere deberentur D. Comitissæ

alimenta, & sumptus Litis, vix erat, ut in con-  
troversiam venire posset, cum pendente lite inter  
Virum & Uxorem super validitate Matrimonii, re-  
cepitissima sit in jure conclusio, quod uxori præ-  
flanda sint alimenta, & sumptus litis, Sanchez de  
Matrimon. lib. 2. disp. 41. nu. 51. Surd. de alimen-  
tit. primo quæst. 118. n. 6. & per tot. Rot. coram Ro-  
yas decis. 422, num. 3, & seq.

Et si ea regulariter procedit in ceteris casibus,  
potiori sane Jure admittenda erat in presenti, ex  
duplici Facti circumstantia; Altera nimirum, quod  
agitur de Matrimonio, super cuius validitate, ultra  
sententiam in partibus latam ab Archiepiscopo  
Leopolien, adeo resolutio Sacra Congregationis  
Concilii, & hodie accessit altera hujus nostri Sacri  
Tribunalis, unde militat favore Uxoris fortissima 2  
præsumptio boni Juris, Card. de Luc. de matrim.  
dis. 2, nu. 3, & 4. Rot. dicta decis. 422, nu. 6, & 7.  
coram Royas. Altera verò quod jam ipse Regius  
princeps Constantinus hanc suam obligationem  
agnovisse videtur, dum in dicta Concordia D. Comitissæ, in hanc causam assignavit anguas lib. 16. 3  
mil. unde intrat Regula de qua in C. factum de reg.  
jur. in 6. & in leg. in ambiguis §. Non est novum ff.  
eodem iii.

Non obstat, quod virtute ejusdem Concordie  
translatus fuerit in D. Comitissam ex istamet causa  
alimentorum Fundus majoris reditus pro rata an-  
nuarum lib. 16. mil. quodque ipsa eodem fundo ac-  
ceptato liberaverit D. Principem in amplissima for-  
ma à quacumque præcedenti obligatione, etiam  
per pactum de non petendo.

Perperam enim exinde inferbatur, quod immi-  
nitio, & quasi integra dereditio dicti anni redi-  
tus assignata ex post sequita circa ullam, vel mi-  
nimam cuipam D. Comitissæ Assignatarie, ejus  
damno cedere deberet. Quidquid namque de hoc  
esset, si ageretur de Fundo empto, ac vendito;  
Illud utique certum est, quod cum agatur de an-  
nuo reditu pro alimentis assignato tenetur affi-  
gnans illius exigibilitatem præstare, etiamsi ea ex-  
prefse promissa non fuerit, ut in terminis Dotis, 4  
quæ alimentis equiparatur firmant Barbos. in l. 51,  
nu. 10, & seq. ff. solut. matrim. Tondut. quæst. Civil.  
39, nu. 49. Rot. in recen. decis. 306, nu. 8. par. 17,  
& decis. 171, nu. 15. par. 18, tom. I. Et si Fundus  
assignatus deficerit, debet alium eius loco supple-  
re, cum assignatio illius facta censeatur demonstrati-  
ve, non taxative, & correspondiva liberatio, &  
quietantia recipientis non aliter intelligenda sit,  
quam rebus in eodem statu manentibus, ad Text.  
in leg. Lucius Titus ff. de alimen. & cib. leg. ubi Gloss.  
& Doctores, Guzman. de evill. quæst. 30. sub n. 28.  
Mantic. de conjectur. lib. 9. tit. 3. sub nu. 20. Guido-  
pap. decis. 8, per tot. Rot. decis. 63, n. 21, par. II, rec.

Hoc itaque constabilo, quod D. Princeps de-  
beat pro alimentis D. Comitissæ ejus uxori præ-  
standis alium fundum subrogare facilis, & prompta  
exactionis loco Fiscalium in concordia assignato-  
rum, quæ pñè perierunt, quod attinet ad sum-  
mam in qua alimenta subministranda veniunt, DD.  
non recedentes à placito Partium in dicta Concordia  
designato, censuerint illam taxandam esse in  
annuis lib. 16. mil. monetæ Franciæ super Fiscalibus  
illius Regni.

Verum quia tempore procedente Fiscalia assignata,  
ad eum statum reducta fuerunt, ut jam nullus  
sermè fructus exigi posset; Hinc D. Comitissa, una  
cum altero Dubio respiciente validitatem contro-  
versi Matrimonii, curavit disputari etiam alterum,  
An sint subministranda alimenta, & sumptus litis,  
& in qua summa, cui DD. affirmativa in omnibus  
responderunt pro summa instru exprimenda.  
in